UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S. Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, & singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. XXV. Additio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61921

Visual Library

tamen dicuntur factæ in ejus executionem. *argum.text.in l.quadam mulier,* cum ſi-
10 *not.ff.de rei vindic. Caval.deciſ.466.num.2.* & conſequenter probant ejuſdem privile-
gii validitatem, & obſervantiam, quæ præſumitur ſubſecuta ex præambulo titulo hu-
11 jus privilegii. *Aymon.conſ.10.num.9. & conſ.108.num.2. Alciat. de præſumpt. regula*
præſumpt.24. & dixit Rota coram Reverendiſſ. D. meo Decano, deciſ.128.num.8.

Eademque reſponſio militat & in aliis ſolutionibus cereorum & cannatæ melis, nam quamvis iſtæ dici poſſint factæ jure antiquo, quod competebat Eccleſiæ Ro-ſanen. ante d. privilegium, nihilominus cum de eis quoque facta fuerit mentio in eodem privilegio, negari non poteſt, quin ſaltem adminiculent ejuſdem privilegii obſervantiam, & veritatem, concurrentibus verò adminiculis & obſervantia, datur
12 fides ſcripturæ etiam informi ex ſuperius allegatis, & firmavit etiam *Rota coram Ca-val.deciſ.122.num.3. & 4. & inter recent.deciſ.230.num.5.par.5.* ubi loquitur in terminis Bullarum Apoſtolicarum.

Et ita deciſum utraque. &c.

Ad Quæſt. XXV. *Additio.*

EXemptionem prætendens, an durante lite in poſſeſſione ſuæ exemptionis ſit manutenendus, ſupra *part.1.quæſt.6.* declaratum ſatis eſt, ubi deciſiones adduximus, diſtinctionem à D. Auctore allatam comprobantes, quam tamen hoc loco ulterius declarare viſum fuit; affertur enim quandoque privilegium reſtrictum ad certum cauſarum genus, vel ad certum locum, & poſſeſſio univerſalis, quo caſu manutentio dari non poteſt niſi ad terminos privilegii ut in caſu *Rotæ deciſ.126.par.4. tom.1.* quandoque privilegium generale & poſſeſſio turbida vel litigioſa, & omninò denegatur manutentio, ex eo quod lis ſuper actu particulari reddit litigioſum totum jus univerſale, quoties eadem eſt cauſa defenſionis in particulari & univerſali, *ut in deciſ.333.par.13.recent.* quandoque verò privilegium integrum datur, & legitima ac quieta poſſeſſio, & extra dubium eſt concedi manutentionem, ut *in deciſ.390.par.13.* privilegium autem integrum non tantum illud dicitur, quod ex ipſa ſui inſpectione tale apparet, ſed etiam quod mediantibus tribus ſententiis conformibus canonizatum eſt. Ut fuit dictum *in Corduben.decimarum* 10. *Maii* 1635. *coram Cocino.*

* * *
* *
*

DECI-